6

tribuendo mihi virtutes quibus ꝑ
ueniam ad regnum eius.
Omnes inimici mei erube
ſcant de actibus ſuis ꝑniciosis. qꝛ
mali ſunt conturbētur vehemē
ter timore diuini iudicii ad peniten
tiam conuertantur a malis ne ꝑ
mittātur ire quo tendunt et erube
ſcant coram oculis domini valde
velociter nō differētes ꝯuerſionē
ſuam de die in diem
Pſalmꝰ. VII. in quo vir iuſtꝰ
petit ab omnibus perſecutio
nibus liberari.

Domine deuſ
meus in te ſperaui nō
in virtute mea nō in viri
bus meis: ſed in auxilio gratie tue:
ideoqꝫ ſaluum me fac ex omni
bus perſequentibus me viciꝰ
diabolo ⁊ malis hominibꝰ et libe
ra me de omnibus his liberum me
reddendo. Ne aliquando ra
piat diabolus vt leo rugiens ani
mam meam quā profecto rapiet:
niſi tu qui potens es redemeris
et ſaluam feceris.
Propheta de ſua liberatiōe loquēs
ait: Domine deus meus libera
me a perſequētibus me quoniam in
nocens ego ſum. vnde ſi ego feci
aliquid quod huic perſecutioni mee
cauſaꝫ dederit: vl' ſi eſt iniquitas
in operibus meis vel ſi patien
tiam tuam non imitatus
Mala reddidi retribuentibꝰ
mihi mala decidam iuſte ab in
imicis meis ſuperatus ⁊ inglo
rius. Item ſi innocens non fue
ro inſuper Perſequatur inimi
cus Saul ſcꝫ meipſuꝫ et compre
hendat me vt effugere nō poſſim
et conculcet in terra vitaꝫ me
am occidendo me: vel totaliter pro
ſternendo et gloriam meaꝫ regni
iſrael mihi promiſſam deducat in
puluerem ⁊ diſpergat ad nihilum
deducens me.
Cum ergo innocens ſum Exurge
domine in vindictam cōtra ho
ſtes meos et oſtende te magni
ficum in finibus inimicorum
meorum tuam iuſticiam oſtenden
do in eis. Exurge domine de
us meus et imple preceptum
quod mandaſti iudicibus ſcꝫ vin
dictam ſume de malis: ⁊ fac vindi
ctam de me perſequentibus iniuſte.
et congregatio populorum ſe
quetur tuam ordinationem re
uertendo ſe ad me.
Et vt hec impleatur Oſtende al
titudinem potentie et magni
ficentie tue vt non ſoluꝫ vindictā
facias de hoſtibus meis ſed etiā vt
oīs populus reuertatur ad me.
Et quia iudex es Iudica me do
mine: et quia iuſtus es iudica me
ſecundū iuſticiam meam quaꝫ
dediſti mihi ſm quam iuſtus ſum et
ſecundū innocentiam meam:
quorum vtrūqꝫ non ex me ſed deſu
per a patre luminū deſcendit in me
Faciant quicquid poſſunt peccato
res quia tandem Conſumetur ⁊
terminabitur nequicia ipſorum
q̄ntum ad effectum nocendi iuſtos
vero ad te diriges tu deus faci
es hoc qui ſcrutaris cogitatio
nes et omnia opa hominum.
Quare attenta innocentia mea.
Adiutoriuꝫ quod a te domine pe
to iuſtum eſt qui ſaluos facis

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-272/0009
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG